

H. Jessen,
(præs. J. Meisner)
de
pluralitate personarum
divinarum.
Witteb., 1668.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793

1,-66.

DET KONGELIGE BIBLIOTEK
DA 1.-2.S 1 4°

1 1 01 0 4 00793 X

+ REX

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793

DISPUTATIO THEOLOGICA
DE
Pluralitate Perſonarum Divinarum ex Vocabulo
אלהים ejusq; conſtructione,
deſumptâ
Ex Geneſ. I. verſ. 1.
בראשית ברא אלהים
Quam
PRÆSIDE
VIRO
MAXIME REVERENDO, MAGNIFICO, AMPLISSIMO, EXCELLENTISSIMO,
DN. JOHANNE MEISNERO,
S.S. THEOL. DOCT. EJUSDEMq; PROF. PUBL. CELEBERRIMO, VENERANDÆ FACULT. THEOL. SENIORE, & p. t. DECANO SPECTABILISSIMO, TEMPLI AD ARCEM PRÆPOSITO DIGNISSIMO, CONSISTORII ECCLES. ASSESSORE GRAVISSIMO:
DN. PATRONO AC HOSPITE SUO SUMMA OBSERVANTIA ÆTATEM HONORANDO,
publicæ diſqviſitioni
proponit
HANNIBAL Jeſſen/
Chriſtianiâ Norvegus,
Ad diem 7. Julii, A.C. M. DC.LXVIII.
Horis antemeridianis, in Auditorio Majori.

Joach. Gise
1670. Helmst.

WITTEBERGÆ, Typis MICHAELIS Wendt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793

PROOEMIUM.

Mihi in animo verſanti, qvòd magna perverſitas & deſtinata animi malitia animos hæreticorum adeò occuparit, ut luculentisſima dicta Scripturæ S. fœdisſimis corruptelis & horrendis commentis obſcurare & depravare acerrimo ſtudio allaborarint, mirum non videtur, cum à primis Eccleſiæ Chriſtianæ incunabulis malitioſum eorum hoc fuerit ingenium, ut veritati bellum ſemper indixerint, qvotidianâ experientiâ & Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ monumentis hoc teſtantibus. Tanta enim fabulandi, & machinationibus fundamentum fidei ſubruentibus veritatem cœleſtem oppugnandi eorum fuit libido, ut uti juſtâ digni pœnâ, ita ad ineptisſimas delapſi nugas, à veritatis tramite ad qvævis horrenda avia ſint abrepti. Extendenti cogitationes meas ad cauſam cognoſcendam, cur adeò in ſole caligent, tot abſonis irretiti commentis, illam verisſimam ſubminiſtrant, cùm manifeſta Scripturæ dicta, 1. Cor. II. 14. qvod homini ſibi relicto myſteria divina μωρία *videantur, &*

Rom.VIII.7. judicium ejus Spiritui ſancto in rebus fidei ſemper reluctetur, ſuggeſtionibus Patris mendacii, Joh.VIII.44. accedentibus, tum verba Theodoreti: Si videant, *inqvit*, hæretici petitis è Scriptura demonſtrationibus ſtultitiam ſuam conſtringi, tum Scripturæ recuſant & ſcopum & uſum; Si qvando verò putant ſibi favere nudum aliqvod effatum à genuina reciſum orationis ſerie, ad ſuum propoſitum accommodant ſuis confirmandis. *Hinc iſtæ lacrymæ, hinc tot controverſiæ in Eccleſia obortæ, hinc tot bella veritati cœleſti indicta. Verùm hujus rei admiratione etiamſi haud capiar, cognito hæreticorum præfracto ingenio, horret tamen animus cogitatione eorum nefandi propoſiti veritati, etſi luce meridianâ clariori, caliginem offundendi. Et ne verborum ambagibus utar, ejus rei documentum ſuppeditant variæ & abſonæ de Nominibus divinis interpretationes hæreticorum: Inprimis hoc circa ſacratisſimum & auguſtisſimum nomen* אלהים *obſervandum venit, qvòd nativam ac genuinam hujus vocis pluralem ſignificationem abſurdis commentis diminuere acriter ſint conati. Alii per nomen* אלהים *non ſolùm Deum creatorem cœli & terræ, ſed etiam Angelos ſignificari ſtatuerunt. Qvidam idiotiſmum lingvæ Ebraicæ in hac fingunt voce. Sunt, qvi hunc pluralem numerum ſummo Dei honori excellentis-*

lentiſſimæq; divinæ Majeſtati indicandæ adhiberi contendunt. Rati rem meliùs acu tetigiſſe, multitudinem potentiarum aſſerunt, pluralitate perſonarum neglectâ: Ut alia fruſtrà dicta ſilentio hîc premam, infra monſtraturus, qvam abſonæ & à veritate abhorrentes ſint iſtæ rationes. Dolendum tamen eſt, qvòd in naturam hujus nominis non ſine ſumma animi veneratione nominandi adeò obiter inqviſiverint, ut in primâ ſacri Codicis linea impegerint, & in ipſo portu naufragium ſtatim fecerint lamentabile. Proinde uti has abſurdas rationes malitioſasq; interpretationes expertus, ita cupiditate veritatis investigandæ adductus, hoc vocabulum אלהים *ejusq; ſignificationem genuinam & conſtructionem ad indicandam pluralitatem perſonarum in S.S. Trinitate tractandam & ab injuriis Adverſariorum vindicandam mihi propoſui, profundiſſimum Scripturæ ſenſum agnoſcens, juxta dicta Rabbinorum:* Non eſt in Scriptura vel una litera, è qva non dependent ingentes montes: *& B. Hieronymi:* Singuli Sermones, Syllabæ, apices, puncta iu divinis Scripturis plena ſunt ſenſibus.

יהוה אלהים *conatibus adſit.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793

CAP. I.

De

ΟΝΟΜΑΤΟΛΟΓΙΑ.

THES. I.

NE diſputatio noſtra planè ſit ἀμέθοδος, veram originationem & genuinam ſignificationem ſacratisſimæ iſtius vocis אלהים, Deo juvante, explicaturi, absq; utilitate haud fore autumamus, ſi priùs de vocis Etymologia, iſtius originationem, Homonymiam & Synonymiam comprehendente pauca prælibamus, qvàm ad reliqva pedem promovemus, ſpe certisſimâ ducti, haut exiguum ad faciliorem rei perceptionem ex vocis enodatione redundare commodum, regulam hanc obſervatu dignisſimam nobis ſubminiſtrante ſubtilisſimo Scaligero L. I. de LL. c. 4. *Qvod ex nominis interpretatione faciliùs rei ratio nota fiat.* Proinde hautignari, notationem nominum rerum cognitioni inprimis in ſancta Lingva qvàm maximè inſervire, ejusmodi ſpe fraudari nos non patimur, ſed memores Scaligeri conſilii, à vocis evolutione ejusq; originatione initium facimus. Variæ hic pro diverſitate mentis cogitationum circa hanc auguſtisſimam vocem occurrunt rationes qvorundam etiamſi doctisſimorum virorum, tamen ſingnlaritatis ſtudio magis deductorum, qvàm veritatis propagandæ cupiditate. Inveniuntur haud pauci, qvi nominis hujus Etymologiam qværuut à nomine אָלָה *exſecratus eſt, juravit, perjuravit;* ideò Deo hoc nomen tribuentes, qvòd per ſolius Dei nomen ſit jurandum, qvòd Deus,

ut

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793

ut ſolus καρδιογνώστης, ſit obſervator & æſtimator juramentorum, ſummusq; perjurii vindex, qvòd Deus ſolus facultate benedicendi & maledicendi ſeu exſecrandi polleat. V. Crellius. Verùm cum veram & propriam vocis originationem, alluſivâ poſtpoſitâ, reſpiciamus, in illam, cum detur, inqvirentes radicem, qvæ ſua indole in hoc derivatum transfuſibilem qvandam ſignificationem habere, nec non qvoad literarum numerum & ſimilitudinem voci אֱלוֹהַּ reſpondere poteſt, illam derivationem noſtram non facimus, reluctantibus Grammaticæ legibus, qvæ non permittunt, ut plura in derivato, qvàm in ipſa radice qvoad literarum numerum & poſitum reperiantur, ſed qvicqvid in radicatis qvoad eſſentialia eſt, illud etiam in radice ipſa contineri debeat. Alii aliam fovent opinionem, hanc vocem ex decurtato, (ut Buxtorfius in Lex. p. 21. etiam putat,) אֵל vel ex voce cognata אֱיָל *fortitudo, virtus* derivantes, conatiq; inde nihil aliud qvàm ſignificationem ab hac voce planè alienam deducere, qvaſi אלהים *fortitudines* notaret, & ideò Deo tribueretur, qvòd is ſolus ſit fortitudo, omnipotentiâ & poteſtate infinitâ pollens. Euſeb. l. 11. de Præpar. Evang. c. 4. Lombard. l. 1. ſ. d. Vasqvetz. in Thom. diſp. 180. c. 2. His accedere videtur Marcus Marinus in arca Noæ p. 28. [Etiamſi ſtatuat, *incertum & ſuperfluum eſſe, hujus nominis Etymologiam qværere,*] ex aliorum ſententiâ referens: *Alii & fortaſſe veriùs* (אֱלוֹהַּ) *ab* אֵל *deducunt, abjecto* ה, *qvaſi potentiſſimum dicas.* Et Abarbenel ad Gen. I. Cæterùm cum citati formæ nominis haud memores ſint, illorum opinioni, (ut erroneæ, ita nunqvam admittendæ,) conſenſum præbere animus non fert, recla-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793

reclamante analogiâ Grammaticâ, qvod nomina unam ex literis Heemanticis habentia per ה mappiccatum, [non ſervile] haut ſint aucta.

II. Alii, numero ſingulari vocis אלהים poſthabito, in ſimplici ejus originatione haut acqvieſcentes, eam compoſitæ figuræ eſſe aſſerunt, deducentes h. m., qvaſi אלהים dicendum eſſet אֵל הֵם *robur eorum, qvòd* DEUS *beatorum robur ac virtus ſit*, (*uti* Magn. Calovio referente T. 2. in A. C. p. 408. *2. Sam. XXII. 32. dicitur: Nemo eſt petra fortitudinis præter* DEUM *noſtrum* אֱלֹהֵינוּ) ut R. Nachamani. Cabaliſticè dicitur à R. Bechai in principio bereſchit אלהים, qvòd אֵלֶּה הֵם Deus ſint, & notante Buxtorfio, *indè, per modum myſterii expreſſum eſt in* זְכוֹר בּוֹרְאֶיךָ *recordare creatorum tuorum, i. e. creatoris tui* אֱלֹהִים, *qvia* אֵל הֵם & à R. Menahem Ke-kanat ab אֵל & יָהּ literis nominis tetragrammati. Nounulli compoſitam figuram etiam urgentes, ut falſo etymo pro fundamento ſignificationis ſubſtratô, gemina ſignificatio elici poſſit, hanc vocem ex אֵל & אָלָה derivatum volunt, qvaſi אלהים eſſet nomen rerum gubernatoris judicisq; & perjurii vindicis. Sed horum opiniones qvàm falſæ & erroneæ ſint, primis abſurdiores, adeò ut recitare eas ſit refutare, unusqvisq; Lingvæ ſanctiſſimæ & puriſſimæ qvodammodo peritus, haut difficulter animadvertit, Grammaticæ legibus eas non permittentibus.

III. Ut ergò qvidam, obſervatô, qvòd אָלָה propter carentiam הּ mappiccati vocis אֱלֹהַּ radix haut ſit, nominis hujus radicis evolutionem ſupervacaneam eſſe jndicarunt, [nt Marcus Marinus ante citatus,] & alii experientisſimi, ſatis gnari, vocem

אֱלֹהַּ

אֱלֹהַּ, ut radix ejus, אַל constituatur, non decurtandam eſſe, obſtante eodem ה, illam *ſuæ potius, qvàm alienæ eſſe originis* autumarunt, ut Schindlerus, Buxtorfſius, ita nos illorum deſperationem ſeu potiùs negligentiam in ulteriori inqviſitione non imitantes, ſed mediam viam incedentes, priſtinam retinemus radicem, אֲלַהֲ, *coluit, adoravit*, in lingva cognata Arabica uſitatam, ex Ebraiſmo tamen derivatam, nunc verò limitibus ſacrarum literarum circumſcriptam, freti cùm rei veritate, qvoniam radix Arabica אֲלַהֲ & vox Ebraica אֱלֹהַּ qvoad radicata eſſentialiaqve & qvoad ipſum formale ſignificatum qvàm optimam habeant convenientiam: [*Significat autem thema Arabicum* אֲלַהֲ *idem qvod Ebræum* עָבַד ſervire colere: &c. & porrò ait Magn. Calovius: *Hinc Deus apud Arabes nuncupatur* אלאהן *Ilahon, qvod cum uſitato articulo* אל *effertur* אללה *Allah, qvod* DEUS religioſè adorandus & colendus *ſit; eoq; pacto eſt nomen ſolius* DEI *proprium, qvi ſolus adorandus eſt, & cui uni ſerviendum religioſè.* Deut. VI. 13. X. 20. Matt. IV. 11.] tum authoritate virorum doctiſſimorum, Thom. Erpenii, Sixt. Amam. Ludov. de Dieu, Dn. D. Glasſii lib. 3. tract. 1. canon. 25. de nomine, D. Calov. tom. II. in A. C. p. 408. ſeqq & in LL. CC. tom. III. Syſtem. de Pluralit. Perſon. p. 10. Sennert. in diatrib. de Elohim qvæſt. 1. p. 6. & 100.

IV. Ducti recordatione dicti Ariſtotelis, *omne ambiguum eſt obſcurum: Errorum genitrix eſt æqvivocatio ſemper:* ne vocis ambiguitas nobis illudat, cautionem jure meritoq; adhibemus, æqvivoca κατὰ διάνοιαν & ἐκ προαιρέσεως ſ. conſilio ſic facta paucis explicaturi, ut melior & facilior ad propriam & genuinam vocis ſignificationem ritè intelligendam ſternatur via, &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793

anſa deſcendendi in ſententiam Crellii, *vocabulum* אלהים *ſua natura commune eſſe ſeu appellativum*, aſſerentis, & Enjedini, *promiſcuum bujus nominis de* DEO *&* *creaturis uſum*, ſtatuentis, procliviòribus in erroneam & falſam ſententiam præripiatur. Proinde datâ cauſa & occaſione diverſis rebus hoc vocabulum imponendi cùm idololatrarum mente, tum ex Dei voluntate, non inficias imus, hoc vocabulum & de Deo & de creaturis dici: Sed inde hoc eſſe commune aut appellativum, aut promiſcuè de illis uſurpari, non colligimus, experti, iſtas locutiones improprietatem aliqvam ſemper involvere, & creaturis ob proportionem ſaltem aſſignari. Ex Idololatrarum mente hoc vocabulum idolis tralatitio atq; improprio qvodam ſenſu etiam attributum eſſe Sacroſancta monumenta teſtantur: ut Gen. XXXI. 30. XXXV. 2. Exod. XX. 3. XXIII. 24. Deut. V. 7. Jud. XVI. 23. Eſa. XXXVI. 18. Jerem. II. 11. & alibi, cum idololatræ iisdem divinos honores decernant, non aliter ac ſi eſſent אלהים, opinantes, ut ab ipſis veros Deos haberi, ita tales eſſe, ſummo honore dignos, & variis virtutibus ac poteſtatibus pollentes. *Hinc cauſa eſt* (ait D. Calov. exponens erroneam opinionem Iſraëlitarum tom. III. in LL. CC. de Plural. perſ. p. 43.) *qvòd plurali numero de vitulo dixerint Iſraëlitæ. Hi ſunt Elohim tui Exod. XXXII. 4. qvòd repræſentarint eodem Elohim, qvi Iſraëlitas liberarunt ex Ægypto.* Verùm ſiqvidem hoc nomen θεὸς Diis tributum ex mala ejus nativæ indolis intelligentia & applicatione ad rem nihili pejoriq; idololatrarum & vulgi loqvendi conſvetudine ortum ſit, adeò impropriè hoc nomen ſumitur, ut concluſio certisſima maneat, hoc vocabulum μιμητικῶς interdum uſur-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793

uſurpari, non obſtantibus pronominibus poſſeſſivis, cum illis Elohim potiùs opinione idololatrarum indigitentur, qvàm ſint ſigna fiduciæ fidelium erga verum Deum. Nam adeò certiſſimum eſt, hoc vocabulum, qvando idolis tribuitur, aut ex negatione addita, aut ex terminis alienantibus ſeu diminuentibus, aut ex idololatrum introductione, aut ex attributione eorum, qvæ à natura Dei qvàm maximè abhorrent, ſive deniqve ex circumſtantiis textus facillimè dignoſci, ut ne ulli qvidem materia contradicendi detur, niſi qvis novitatis magis avidus, qvam veritatis, ipſiſſimam lucem manifeſtæ veritatis malitioſo & pertinaci animo offuſcare velit.

V. Ex voluntate Dei & locutione Spiritus S. hoc vocabulum excellentiſſimo honori ſummæq; dignitati indigitandæ adhiberi ex S. Scripturæ dictis palam eſt, qvando aut de Magiſtratibus ſive judicibus publicum officium, ut vicariis Dei, gerentibus ob ſimilitudinem aliqvam cum Deo effertur: ut Exod. XXI. 6. *tum ſiſtens ejus Dominus* אֶל־הָאֱלֹהִים coram Magiſtratibus. Similis locutio habetur: Exod. XXII. 8. 9. 1. Sam. II. 25., aut de Angelis, ut Pſal. VIII. 7. Conf. Ebr. II. 7. Pſ. XCVII. 7. C. Eb. I. 7. Qvin etiam de hominibus ſummâ dignitate & maximâ poteſtate pollentibus ad exprimendam eorundem authoritatem & divinam legationem iis impoſitam hoc nomen uſurpatur. Rem demonſtrat nobis Moſis exemplum, cui dixit Deus: Tu verò eris לוֹ לֵאלֹהִים ei ſcil. Aaroni pro Deo. Exod. IV. 16. & cap. VII. 1. Conſtitui te אֱלֹהִים לְפַרְעֹה Deum ipſius Pharaonis, his metaphoricis locutionibus nil aliud, qvàm inſigne & divinum ejus officium indicans, ideoq; illi hoc nomen accom-

 modans,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793

modans, ut ſummâ excellentisſimaq; dignitate hoc
nomine expreſsâ divinitus inſtructus, eò meliùs di-
vinam ſuam functionem ad Pharaonem majori au-
thoritate obiret, non qvòd inde qvidqvam propriis-
ſimo formaliq; ſignificationi & ſenſui plurali vocis
אלהים, qvando de Deo dicitur, decederet. Nam
etiamſi hoc nomen perſonis honoratioribus ſum-
mâq; dignitate præditis adſcribatur, hoc tamen non
eſt intelligendum πρώτως propriè q; ſecundum genui-
num modum ſignificandi & formalem, ſed δευτέρως,
μεταφορικῶς ſecundum ſimilitudinem aliqvam cer-
tam & proportionem, adeò ut à tralatitio & ſecun-
dario hujus vocis ſenſu ad genuinum, & perfectis-
ſimum nulla anſa argumentandi detur. Hinc Sen-
nertus in diatrib. ſua de voce אלהים qvæſt. 8. p. 59.
hanc ἀναλογίαν explicans, perſonis honoratioribus
& publicis officiis fungentibus, hoc nomen plurale
optimè convenire contendit; *Qvòd nempe*, ait, *in
DEO ſimile qvid ejus denotet, licet, ut fit in analogis analo-
gatisq;, hic in DEO tanqvam prototypo excellentius aliqvid
majusq; ſc. enim ὑποστάσεις diſtinctas, illic verò, ut in anti-
typo ſaltem qvodam qvaſi, in perſona v. gr. digniori, minus
qviddam multò, nempe ſaltem ἰδιώματα diſtincta variasq;
ejus virtutes poteſtatesq;* &c.

VI. Circa Synonymiam obſervanda veniunt
qvædam ſubſtantiva pluralia Deo attributa, perſona-
rum pluralitatem in Deitate inferentia, [vel alia vica-
ria qvaſi nomina ejusdem numeri & ſenſus, explican-
te Sennerto pag. 51. de voce אלהים,] & hoc reſpectu
cum voce אלהים optimè convenientia, ut & non-
nulla adjectiva pluralia, invictum etiam argumen-
tum pro pluralitate perſonarum aſtruenda nobis ſub-
miniſtran-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793

miniſtrantia, jure meritoq; urgentibus obſervationem Grammaticorum ſatis firmam, *ſubſtantivum plurale cum adjectivo plurali rei ſignificatæ veram inferre pluralitatem.* Illa ſunt אדנים Pſal. CXXXVI. 3. Mal. I. 6. אם אב אני איה כבדי ואם אדונים Sic Eſa. LIV. 5. בעליך עשיך יהוה עשים Job. XXX. 10. Eſa. XLIV. 2. LIV. 5. Pſ. CXLIX. 2. ישמח ישראל בעשיו שפטים Pſal. LVIII. 12. ut & alia paſſim in S.S. monumentis occurrentia, ſententiam noſtram haud obſcurè, ſed adeò firmiſſimè corroborant, ut nullus Adverſariis ſit excipiendi locus ſc. firmus, qvòd hæc omnia ad amplificandam ſolùm dignitatem in plurali efferantur, adeòq; pluralitatem perſonarum non inferant, nedum anſa enallagen fingendi, textus ſacri perſpicuitate ejusmodi παρερμηνείας non permittente. Nam ſi in Deitate ſunt plures אדנים, plures עשים, plures שפטים, ſeqvitur etiam, qvòd in illa ſint plures perſonæ dominantes, factores noſtri, plures judicantes; qvia illa nomina ſunt nomina perſonæ; At jam in Deitate ſunt plures אדנים, plures עשים, plures שפטים, ut patet ex ſupra dictis. E. &c. Hinc ſi pluralitas perſonarum vi & efficacia iſtorum nominum pluralis numeri demonſtrari poſſit, qvantò magis hæc ex ſacratiſſimo hoc nomine אלהים deducenda, retentâ nativâ atq; genuina vocis ſignificatione, cum Deus hoc nomen ſibi peculiariter appropriaverit, eodemqve indicare voluerit, qvis & qvalis ſit: de qvo jam ulteriùs dicam.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793

CAP. II.

De

ΠΡΑΓΜΑΤΟΛΟΓΙΑ.

Sect. I.

ΘΕΣΕΩΣ.

I.

PRæmiſſa explicatione Etymologiæ vocis אלהים, enodatâq; æqvivocatione conſiliô ſic facta, & Synonymicis vocabulis ad uberiorem veræ ſententiæ confirmationem allegatis, pedem ulteriùs promovemus, in ſignificationem vocis nunc inqviſituri, diſcuſſa tamen priùs eorum vaniſſima aſſertione, qvi contendunt אלהים ratione terminationis Grammaticæ eſſe pluralis numeri, ſenſum tamen eſſe ſingularem, vel ſingulari deſtitui. Proinde ne infirma ſententia Thomæ Cajetani Cardinalis, qvi ſtatuebat, *hoc vocabulum ſuo ſingulari carere*, nobis illud & viri cujusdam aſſertio, veritatis qvidem ſpeciem præ ſe ferens, tamen debilis, urgentis, *hoc nomen eſſe communis numeri*, nos ad falſam illam opinionem trahat, huic dubio occurrere placet, allegando ſaltem in hac theſi, nomen אֱלֹהַּ veriſſimum ſingulare אלהים, ut eò ſolidius pro defendenda cùm terminatione tum ſignificatione plurali אלהים ſubſternatur fundamentum. Nam adeò certiſſimum eſt, ſi nominis variationem è numero in numerum ſpectamus, אֱלֹהַּ eſſe ſingulare אלהים, ut ſua luce radiet. Obſervatâ nota pluralis numeri ים & deinde heterogeneo illo terminali abjecto, manet אלה, nobisq; eſt infallibili indicio, ſecundum analogiam Grammaticam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793

maticam אלוה aliam variationem in numerum pluralem non poſſe permittere, qvàm, adjectâ illâ terminali nota pluralis numeri ים, אלהים; & per conſeqvens hoc non eſſe communis numeri, nec carere ſingulari, ſed retenta propriâ & genuina ſignificatione, vi pluralis numeri multitudinem inferre, ſuo ſingulari אלוה gaudens, non אֵל; uti erronea ſententia eſt Magiſtri ſententiarum l. 1. d. 2. Vasqvetii in part. 1. Thom. diſp. 108. c. 2. &c. Qvòd ut adhuc dilucidius fiat, haud exiguam noſtræ aſſertioni fœnerat lucem, convenientia iſtius vocis cum אלהים, cum qvà literas radicales, tum qvà ſignificationem inductioq; omnium locorum Scripturæ, (Videantur illa, à Magn. Calovio tom. II. in A. C. p. 417. magno numero citata,) in qvibus אלוה Deo vero & uni, ut אלהים, asſignatur: Nam qvodcunqve nomen ſingulare convenit cum nomine aliqvo plurali, tum qvà literas eſſentiales, abjecto heterogeneo, tum qvà ſignificationem propriam, illud nomen eſt infallibile ſingulare hujus, & numero ſaltem ab eo differt: At nomen אלוה ſingulare convenit cum plurali אלהים cùm qva literas eſſentiales, abjecto heterogeneo ים, tum qva ſignificationem, (qvæ dictis Scripturæ probatur,) E. nomen אלוה eſt ſingulare אלהים. Qva ſignificcationem dixi, ratus אלוה non niſi in propriisſimo ac formali ſignficatu de Deo vero & uno uſurpari, ſententiam noſtram Scripturæ dictis firmiter corroboratam haudqvaqvam deſtruentibus dictis nonnullis, in qvibus אלוה etiam aliis rebus tribuitur, uti habetur 2. Par. XXXII. 15. לֹא יוּכַל כָּל־אֱלוֹהַּ Non poterit omnis gens. Hab. I. 11. לֵאלֹהוֹ Deus ejus. Dan. XI. 37. וְעַל כָּל־אֱלוֹהַּ ſuper omnem Deum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793

Deum & v. 38. 39. אֱלֹהַּ נֵכָר Deus alienus, cum conditiones alienantes ſeu diminuentes à Spiritu ſancto adjectæ, Adverſariorum inſtantias ex iſtis dictis deſumptas ſat convellant.

II. Poſitô jam, nomen illud ſacratisſimum אלהים ſingulari ſuo genuinô gaudere, cum qvo optimam qvà literas eſſentiales & ſignificationem habet convenientiam, illud etiam ratione terminationis & flexionis Grammaticæ inflexum ejus ſingularis indubitatò plurale eſſe, ad noſtrum principalem ſcopum proprius accedimus, & urgemus genuinum ejus vocis ſenſum ejusq; cum re exactam conformitatem, ducti divini Platonis utilisſimo illo monito in Cratylo ſuo (*de ſignificatione nominum,*) qvòd non in ſingulis vocibus ſolùm, ſed etiam in ſingulis vocum particulis convenientia rerum & vocum ſit obſervanda & ſpectanda. In qvo ſcopo principaliter conſideratur & qværitur: An vox אלהים de Deo Triuno uſurpata in propriâ, verâ & formali ſignificatione pluralitatem perſonarum in Deitate inferat: Hæc qvæſtio, uti nobilisſima & altiori indagatione dignisſima eſt, ita circa hanc affirmativam ſententiam cum debitâ animi veneratione ob tremendum verendumqve illud S. S. Τριάδος myſterium & argumentis & conſenſu optimorum Doctorum pro viribus probandam demonſtrandamq; verſari, animus fert. Ad argumenta qvod attinet, primum hoc tanqvam præliminare, è qvo cætera fluunt, in acie collocamus.

Qvodcunq; nomen plurale perſonale, gaudens ſuo ſingulari qvà eſſentialia & ſignificationem cum illo optimè congruente, eiq; directè contradiſtinctum & oppoſitum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793

tum, in proprio, vero & formali ſignificatu citraq; enallagen de aliqvo pluraliter dicitur, illud etiam pluralitatem perſonarum infert: At nomen אלהים plurale perſonale, gaudens ſuo ſingulari אֱלֹהַּ qvà eſſentialià & ſignificationem cum אלהים optimè congruente, eiq; contradiſtinctum & oppoſitum, in proprio, vero & formali ſignificatu citraq; enallagen de Deo pluraliter dicitur. E. etiam pluralitatem perſonarum infert.

Major ſua luce radiat: Pro minore aſtruenda haud paucæ ſubminiſtrantur rationes, firmiſsimis argumentis ſcatente Sacrâ Scripturâ. Qvod nomen אלהים ſuo ſingulari non careat, & per conſeqvens ei contradiſtinctum oppoſitumq; ſit, antea dictum eſt. Nunc incumbit probandi neceſsitas, hoc nomen in ſua vera ſignificatione, qvando de Deo uſurpatur, etiam pluraliter dici, qvod haut difficillimum eſt. Nam pro hoc militat intrinſeca vis nativaq; efficacia pluralis numeri, unumqvemq; Tyronem lingvæ ſanctæ (etiam alius) informans, omne nomen in pluralem numerum inflexum pluralitatem ſive rerum ſive ſuppoſitorum & perſonarum verè & principaliter adeò inferre, ut ne ulli qvidem de hac re ſpinoſa injiciatur dubitatio, niſi qvis præconceptis opinionibus motus, mentem ſuam aliàs veritatis luce indies indiesqve illuminandam cœcitate ejusmodiq; minutiarum ignorantia affectatâ obſcurari patiatur, ut eò certius errori ſuo pariat patrocinium. Proinde illi naturali pluralis numeri ſignificatui innititur argumentum noſtrum pro voce אלהים, perſonas denotante,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793

formatum, nê aliud qvidem puritate & ſimplicitate ſanctæ lingvæ permittente, nedum analogiâ Grammaticâ, qvæ *ὁμοιώματα τῶν νοημάτων* rebus exactè reſpondentia format. Hujus rei haud ignarus. Philoſophorum Princeps: πᾶσα τῆς λέξεως, inqvit, *ἀρετὴ ἐστὶ, εἶναι σημαντικὴν*, & VI. topic. c. 2. *οὐ δεῖ τὴν κειμένην ὀνομασίαν παραβαίνειν*, *à recepta ſignificatione vocis temerè non eſt recedendum:* præſertim (ut *ἐπίκεισιν* Exc. Sennerti p. 48. diatrib. de אלהים addam) *ſi res fundamento non careat, ut h. l. vel qvod idem eſt, rei rationisq; qvædam ſit, & exacta beneq; conveniens ea analogia.* Hinc Judæi in voce אלהים peculiare qvid obſervantes, de integra phraſi ברא אלהים in bereſchit Ketanna dixerunt: *Niſi ita ſcriptum eſſet* ברא אלהים, *nemini fas eſſet ita loqvi.*

III. Haud minorem pro efficacia illa nativa pluralis numeri aſſeveranda adjectiva pluralia, ut & pronomina, & verba pluralia huic voci אלהים adjuncta nobis ſuppeditant vim argumentandi eandemqve ſententiam firmiter probandi, id infallibiliter animadvertentibus, *omne adjectivum plurale vel pronomen vel verbum plurale ſubſtantivo plurali additum multitudinem ſive pluralitatem, retenta genuina plurali ſignificatione, neceſſariò inferre.* Hoc dicta evidentia demonſtrant, in qvibus adjectiva pluralia, ut אֲשֶׁר שָׁמַע קוֹל אֱלֹהִים חַיִּים qvæ audit vocem Dei viventis Deut. V. 23. אֱלֹהִים קְדֹשִׁים הוּא Elohim ſancti ipſe, Joſ. XXIV. 19. אֱלֹהִים שֹׁפְטִים בָּאָרֶץ Elohim judices in terra, Pſal. LVIII. 12. Pronomina vel affixa pluralia, ut אֱלֹהֵינוּ Deus noſter, Deut. V. 21. 22. Verba pluralia, ut הִתְעוּ אֹתִי אֱלֹהִים Errare me fecerunt Elohim. Gen. XX. 17. נִגְלוּ אֵלָיו אֱלֹהִים revelati ſunt ad eum Elohim. Gen.

Gen. XXXV. 7. הָלְכוּ אֱלֹהִים לִפְדּוֹת לוֹ. Iverunt Elohim ad redimendum ſui; exſtant, nobis manifeſto documento, ſenſum ſingularem hîc non exprimi, ſed pluralem obtinere ſignificationem, aſſertionem noſtram dictis Scripturæ jam citatis firmiter ſtabilitam neqvaqvam infringente παρερμηνείᾳ qvorundam, qvi opinantur, nomina adjectiva interdum ſingulari ſenſu ſumi, ergo etiam in locis citatis. Verùm hoc abſurdum trito illo axiomate, *qvodlibet è qvolibet pro lubitu non eſt inferendum, rei veritate reluctante*, facilè refutatur: Nam placet tantùm unicum argumentum ab adjectivo חיים deſumptum allegare, ita formatum: *Ubi plures, dantur Elohim viventes, ibi dantur plures perſonæ. Vita enim propriè eſt ſuppoſitorum, plura viventia, plura ſuppoſita, & in natura intellectuali plures perſonæ. At in Deitate plures dantur Elohim viventes. E. &c. Non hic admittenda enallage eſt: Ubicunq; enim nomen plurale ſubſtantivum conjungitur cum nomine plurali adjectivo, ibi pluralis obtinet ſignificatio.* Qvid clarius pro plurali numero vindicari poſſet? Nec ſententiæ noſtræ adverſatur, qvod voci אלהים ſingularia in constructione addantur, ut יְהוָה אֱלֹהִים קְדֹשִׁים הוּא Jehovah, Elohim ſancti ipſe. Joſ. XXIV. 19. לִפְנֵי יְהוָה הָאֱלֹהִים הַקָּדוֹשׁ הַזֶּה Ad faciem Domini Elohim ſancti iſtius. 1. Sam. VI. 20. בָּרָא אֱלֹהִים creavit Deus Gen. I. 1. וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים Gen. III. 22. אֱלֹהִים צַדִּיק Elohim juſtus, Pſal. VII. 10. Nam qvid aliud importat ejusmodi conſtructio, qvàm qvòd propter analogiam rei revelatæ adorationis cultu honorandæ perſonæ in Deitate voce אלהים denotatæ ſint idem, (vel ut Apoſtoli phraſi utar, ἕν εἰσι, 1. Joh. V. 7.) in unâ indiviſâ eſſentiâ, non verò eædem,

ſed

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793

ſed diſtinctæ in illa ſimplicisſimâ eſſentiâ perſonæ, adeò ut ne qvicqvam qvidem argumento noſtro pro vi pluralis ſignificationis vocis אלהים aſtruenda ex additis illis adjectivis pluralibus deſumpto decedat, ſed præterea innitenti obſervationibus Philologorum, *qvod plurale ſingularibus attributum, vel junctum etiam iisdem explicitè diſtributionem & per conſeqvens pluralitatem qvandam notet.*

IV. Nec minus ſolidum pro ſententia noſtra de pluralitate perſonarum voce אלהים ſignificatarum corroboranda teſtimoniũ nobis præbent ſacri codicis dicta, qvibus אלהים inter ſeſe loqventes aut conſultantes, pluralitatem perſonarum perſpicuè indicarunt: Ut habetur Gen. I. 26. וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים נַעֲשֶׂה אָדָם בְּצַלְמֵנוּ Et dixit Elohim, faciamus hominem in imagine noſtra. Gen. III. 22. וַיֹּאמֶר יְהוָה אֱלֹהִים הֵן הָאָדָם הָיָה כְּאַחַד מִמֶּנּוּ: Et dixit Jehova Elohim, Ecce Adam factus eſt ſicut unus ex nobis. Hæc dicta inprimis urgemus, licet non eamus inficias, haud paucos fuiſſe, qvi illa dicta falſis & à veritate textusq; analogia abhorrentibus interpretationibus corrumpere ſummo ſtudio allaborarunt. Nam non deſunt, qvi Deum in illa conſultatione, ut & in iſta diſtributione cum intelligentiis ſive Angelis ſermonem ſociaſſe contendunt, ad ſuam erroneam opinionem ſtabiliendam purum putum figmentum urgentes, *Angelos nempe formaſſe & delineaviſſe qvandam ſtatuam de luto, qvale eſt corpus humanum, Deum autem feciſſe illam ſtatuam eſſe carnem, oſſa & nervos, & univiſſe ei formaliter animam, ut homo eſſet.* Alii indolis lingvæ ſanctæ ignari, & erroneis veſtigiis inſiſtentes, Deum more magnatum & conſvetudine Principum non ad perſonarum plura-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793

pluralitatem deſignandam, ſed ad ſummam dignitatem amplificandam pluralem numerum de ſe adhibuiſſe ſtatuunt. Verùm qvàm abſurdæ & à veritate alienæ ſint iſtæ ſententiæ, infra videbimus. Nos ſaltem heic verum & genuinum, qvem Spiritus S. nobis monſtrat, Sacræ Scripturæ ſenſum erroneæ iſti citatæ opinioni præferentes, ideoqve nedum proprietatem vocum, qvæ ad rem maximè pertinet, & qvam puriſſima illa ſancta lingva ſemper obſervat, prætermittentes, iſta citata dicta plures perſonas infallibiliter arguere aſſerimus. In ultimo dicto qvid aliud indigitatur iſta partitiva locutione כאחד ממנו, *ſicut unus ex nobis*, qvàm pluralitas perſonarum, inprimis cum hac locutione certus ad aliam perſonam præſupponatur reſpectus. Nam ſi Deus perſonâ tantum unicus eſſet, non dixiſſet, *ſicut unus ex nobis*: Sed aliud non permittente analogiâ rei, qvin plures in Deitate ſint perſonæ, veriſſima hac phraſi inſinuatur pluralitas perſonarum, adeò ut ne ulla qvidem occaſio fingendi numerum pro numero, nedum ſtatuendi, id honoris gratia dictum fuiſſe relinqvatur, dubitatione omni jam ſublatâ. Manifeſta aſſertionis noſtræ evidentia etiam ex loco citato Gen. I. 26. (Et dixit אלהים, faciamus hominem,) haud obſcurè deducitur. Si enim verbum ſubſtantiæ, qvod eſt numeri pluralis, & verbum primæ pluralis conſideremus, certiſſimo nobis eſt documento, ibi ſingularem ſignificationem locum non habere, ſed pluralem, proprietate vocum retentâ, indicari, hoc tradente regulâ Grammaticorum Ebræorum: *Plurale de ſingulari Ebraicè in primâ perſonâ nunqvam dici poteſt.* Nam aliter exponi poteſt ויאמר אלהים *Eſt dixit*

 Elohim,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793

Elohim, ſc. per διαίρεσιν, i. e. unusqviſqve ex Elohim dixit נעשה, faciamus hominem, adeò ut hoc plurale cum illo verbo ſingulari junctum & per diſtributionem illuſtratum, veriſſimam inferat perſonarum pluralitatem. Hæc ſententia uti maximè conveniens, ita analogia textus, unanimiq; & concordi omnium orthodoxorum Commentatorum in eundem locum conſenſu firmiter ſtabilitur. Hinc Ambroſius l. VI. de hexem. c. 7. *Cui dicit*, inqvit, *non ſibi utiq;, qvia non dicit, faciam, ſed faciamus: Non Angelis, qvia miniſtri ſunt: Servi autem cum Domino, & cum autore non poſſunt habere operationis conſortium, ſed dicit Filio, etſi Judæi nolint, etiamſi Ariani repugnent.* Et Cyrillus Alexandrinus l. I. contra Julianum, rem exactiùs & pleniùs exprimens. *Cedo, ad qvos dixit Deus*, Faciamus hominem: *Ecqvis hic non intelligit, qvomodo ipſa S.S. Trinitas hæc verba ad ſeipſam facit.* His facilem conſenſum præbet Megalander noſter, uti ardentiſſimo zelo promovendi gloriam Dei, & veritatem Chriſtianam propagandi præditus, ita adverſariorum objectionibus optimè occurrens. *Verbum*, inqvit, *faciamus, pertinet ad myſterium fidei noſtræ confirmandum, qva credimus, ab æterno unum Deum & diſtinctas tres perſonas in una Deitate, Patrem, Filium & Spiritum S. Judæi qvidem variè conantur hunc locum eludere, ſed nihil ſolidè contra efferunt: Moleſtat eos hic locus ad mortem.* Addit. *Clarè & potenter ſignificat nobis Moſes, intus & in ipſa divinitate & creatrice eſſentiâ inſeparabilem & æternam pluralitatem eſſe. Hoc ne portæ qvidem inferorum nobis adiment. Hoc autem extremò ridiculum eſt, qvòd Judæi dicunt, Deum ſeqvi Principum conſvetudinem, qvi reverentiæ cauſa de ſe in plurali loqvuntur. Sed hanc Spiritus S. non imitatur, nec agnoſcit*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793

Scriptura ſacra hunc loqvendi modum; qvare eſt hic certò ſignificata Trinitas. Hæc teſtimonia debent eſſe nobis curæ & grata: Etſi enim tum Judæi, tum Turcæ nos rident, qvod ſentimus unum Deum eſſe & tres perſonas, tamen niſi Scripturæ authoritatem impudenter negare velint, cogentur hoc loco ſicut & ſuperiùs citatis noſtram ſententiam ſeqvi. Eludere poſſunt hæc, ſicut Judæi ſtudioſè faciunt, ſed interim manet in eorum cordibus ille aculeus, cur dicat, Faciamus, item cur dicat Moſes numero plurali, Elohim creavit. Pro hoc loco ulteriùs illuſtrando multum facit iſtud dictum Gen. XI. 7. נֵרְדָה וְנָבְלָה, deſcendamus & confundamus, ubi ſimilis locutio de Deo pluraliter uſurpata habetur, certisſimo nobis indicio, pluralitatem perſonarum ibi innui, & noſtram ſententiam qvàm maximè ſtabiliri, cum tales locutiones in prima plurali de Deo uſurpatæ, absq; fundamento haud dictæ fuerint. Nam uti triunius Dei actiones & operationes, qvæ ſoli illi & nulli alii creaturæ competunt, manifeſtæ erant cùm in creatione hominis, (ut in præcedenti dictum eſt,) tum in communicatione lingvarum Babylonicâ, qvod patet ex modo confuſionis privativo & poſitivo, adeò ut non modo elingves facti ſint, ſed etiam omnium rerum & actionum nominandarum in promptu habuerint vocabula iſti homines Babyloniæ conditores, ita rectisſimè pluralitas perſonarum locutionibus iſtis pluralibus indicata eſt, Angelis penitus excluſis. Hinc Rupertus (referente Calovio t. III. in LL. CC. p. 53.) in h. l. *Hoc tamen mirabile*, ait, *vindictæ incommodum, qvo maximè homines à ſeipſis dividuntur, ſolus facere potuit Deus. Proinde cum dixit pluraliter*, Venite, deſcendamus, confundamus, *non Angelorum multitudines ad*

auxilium

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793

auxilium exhortatus, ſed ad feriendam ſuperbiam ſe adeſſe teſtatur tota S.S. Divinitas, verus Deus, qvod ex oppoſito remedio magis liqvet &c.

V. Demonſtratâ hucusqve ſententi[illegible]â de pluralitate Perſonarum voce אלהים ſignificatarum per proprium & nativum pluralis numeri ſignificandi modum, nominaq; adjectiva pluralia huic voci addita, & locutiones Dei de ſe habitas, alia, qvæ maximè ad rem faciunt eamq; illuſtrant, adhuc urgemus, nempe vocis אלהים, inprimis Gen. I. 1. expreſſæ, ad plures perſonas, qvæ totam hanc univerſi mundi crearunt machinam, applicationem, infallibile argumentum pro aſſertione noſtra corroboranda S.S. monumentorum auctore Spiritu ſancto nobis ſubminiſtrante; Unde illud:

> Per qvodcunq; nomen creator totius univerſi determinatur; vel qvod nomen Moſes cauſam creationis effectricem deſcripturus, ad plures & diſtinctas perſonas, qvæ crearunt, applicat, illud nomen pluralitatem perſonarum indubitatò inſert: At per nomen אלהים Gen. I. creator totius univerſi determinatur, illudq; Moſes veram cauſam creationis effectricem deſcripturus, ad Patrem, Filium & Spiritum S. applicat. Ergo.

Majoris connexio ſatis dilucida eſt. Qvia enim non tantum Patri, de qvo nullum eſt dubium, hoc admirandum creationis opus adſcribitur, ſed etiam Filio, ut Joh. I. 3. 1.Cor. VIII. 6. Col. I. 15. Ebr. I. 2. & Spiritui S. Job. XXXIII. 4. Pſal. XXXIII. 6., ideo ſeqvitur, nomen illud plurale creatorem univerſi exprimens, plures

perſonas

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793

perſonas, ſcilicet Patrem, Filium & Spiritum S., qvi crearunt, adeò verisſimè inferre, ut ne ulli qvidem dubium de hac re remaneat. Minor, qvòd creator universi per אלהים determinetur, & deinde creator אלהים ad plures perſonas applicetur, facilè probatur, cùm phraſi Moſaicâ, Gen. I. 1. ברא אלהים, tum creatoris Elohim ad plures perſonas applicatione, ut v. 2. 3. וְרוּחַ אֱלֹהִים מְרַחֶפֶת עַל־בְּנֵי הַמָּיִם Et Spiritus Domini movebat וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים יְהִי אוֹר ſe ſuper aqvas, & DIXIT DEUS, fiat lux; adeô ut Hiſtoricus ſacer creaturarum opificem deſcripturus, non ſolùm plurali numero utatur, ſed etiam illam pluralitatem, ad tres Perſonas Deitatis applicet, haud obſcurè, ſed evidenter indicans, [dicendo אלהים mundum creaſſe,] verisſimum ſenſum eſſe, Patrem, Filium & Spiritum S. mundum creaſſe, sicqve pluralitatem perſonarum perſpicuè determinans, illis perſonis, qvibus admirandum hoc opus creationis adſcribitur, nomine plurali in iſto loco אלהים denotatis. Nam qvid aliàs per hoc plurale intelligi poteſt? Non intelliguntur Angeli, qvi ad partem ſtupendi iſtius operis creationis non admittuntur, nec ſolus Pater, reclamantibus manifeſtisſimis Scripturæ dictis, in qvibus tota S.S. Trinitas cauſa creationis effectrix ſalutatur: Ergo, creaturâ in tali tam admirando opere poſt habitâ, pluralitas S.S. perſonarum, qvæ, teſte Scripturâ, huic univerſo faciem impoſuerunt, adeò ut ne ulla qvidem ſit excluſa, cum ſacri codicis dicta ejusmodi excluſioni contradicant, & opera ad extra, qvæ ſunt indiviſa, omnibus perſonis S.S. Trinitatis ſint communia. Hinc orthodoxus Irenæi conſenſus, referente B.

 Ger-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793

Gerhardo: *Filius, qvi & verbum* DEI *ab initio præſtruebat, non indigente Patre Angelis, uti faceret conditionem & formaret hominem, propter qvem & conditio fiebat, neq; rurſus indigente miniſterio ad fabricationem eorum negotiorum, qvæ ſecundum hominem erant, ſed habente copioſum & inenarrabile miniſterium. Miniſtrat enim ei* (καταχρηστικῶς *pro adeſt*) *ad omnia ſua progenies & figuratio ſua, h. e. Filius & Spiritus Sanctus, Verbum & Sapientia, qvibus ſerviunt & ſubjecti ſunt omnes Angeli, &c.* Conf. B. Gerhard. in LL. CC. de SS. Trinit. §. 116. Qvid multis moror? Aſſertio noſtra ab ipſo Spiritu ſancto ſtabilita eſt, ut neceſſitas convenientem conſenſum præbendi adverſæ parti incumbat. Calvini verba ſunt: *Nobis ſatis ſit, qvòd pluralis numerus* DEI *virtutes ſonet, qvas in creando mundo exeruit:* Et poſt pauca: *Porro Scriptura, fatemur, tametſi multas* DEI *virtutes recenſet, ſemper tamen ad Patrem & Verbum ejus, & Spiritum nos revocat.* En genuina confeſſio convicti Adverſarii! Huc etiam referri poſſunt nomina iſta pluralia, (antea circa Synonymiam obſervata,) qvibus Prophetæ ἀποτολμῶντες, Deum unum creatorem cœli & terræ expoſuerunt, veſtigia Moſis, qvi veræ cauſæ creationis effectricis haud ignarus erat, dextrè prementes. Uti habetur Pſal. CXLIX. 2. יִשְׂמַח יִשְׂרָאֵל בְּעֹשָׂיר lætetur Iſrael in factoribus ſuis. Job. XXXV. 10. אֱלוֹהַּ עֹשָׂי נֹתֵן Deus factores mei, dans &c. Sic Eſa. XLIV. 2. עֹשֶׂךָ Eſa. LIV. 5. עֹשַׂיִךְ. Ex qvibus exemplis liqvidisſimum eſt, S. Scripturæ authorem in deſcribendo creationis opere pluralem numerum non abhibuiſſe, niſi pluralitatem perſonarum, qvæ univerſum crearunt, indicare voluiſſet, cum & Spiritus S. aliis in locis Deum creatorem monſtraturus,

plurales

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793

plurales locutiones uſurpare non dubitarit: Ecqvis ergo, dato unanimi Hiſtorici ſacri & Prophetarum conſenſu, ſibi perſvaderi non patietur, conjunctionem pluralis numeri cum plurali, vel conſtructionem ſingularis & pluralis in denominatione creatoris pluralitatem perſonarum inferre.

VI. Aſſertionis noſtræ fundamentum etiam petimus ex convenientia nominis אלהים cum re, cui propriè tribuitur. Nam uti ὁμοιώματα νοημάτων ſunt Symbola certæqve notæ rerum omnibus communes, deq; jure rebus debent reſpondere, easqve exactè repræſentare, ita jure meritoq; in eandem convenientiam noſtri nominis pluralis אלהים cum re inqvirimus, num hoc vocabulum ex noſtra ſententia pluralitatem perſonarum inferens, convenientia cum pluribus perſonis gaudeat? Qvod, ſiqvidem à poſteriori nobis cognitum ſit, conſtanter aſſerimus, ſpe certiſſima ducti, ſervata & ſpectatâ convenientia nominis cum re, ſolidius noſtræ ſententiæ ſubſterni fulcrum. Qvippe hæc eſt Orthodoxa Eccleſiæ Chriſtianæ de Trinitate confeſſio, limpidiſſimis ſacrarum Scripturarum fontibus approbata, tres eſſe in Deitate Patrem, Filium & Spiritum ſanctum, qvorum cuilibet attributa divina, opera & gloria divina competit, qvemlibet horum trium eſſe ab alio certo charactere hypoſtatico diſtinctum, ut unus eorum non ſit alius, nec Pater ſit Filius, nec Filius ſit Spiritus ſanctus, non plures eſſe Deos, ſed unum verum Deum, qvi unus eſt in eſſentia, & Trinus in perſonis, adeò ut in divinis ſint tres SStæ perſonæ & una indiviſa eſſentia: Uti omnia exſtant I. Joh. V. 7. Nempe Trinitas in concreto voce τρεῖς ex-

 preſſa,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793

preſſa, ſcil. perſonarum Trinitas, eſſentiæ unitas. Qvæ cum manifeſtiſſima & certiſſima ſint, ecqvæ monſtroſa abſurditas, ſi, adſertâ ac demõſtrata convenientia vocis cum re, aſtruamus, τὸ אלהים ex proprio & nativo ſuo ſignificatu pluralitatem perſonarum notare; qvin hoc nomen perſonale Deoqve proprium in ſuo formali ſignificatu κυϱίως & primariò ſumptum, collectivum nomen eſſe, qvod ſimul & ſemel omnes tres unius Deitatis perſonas comprehendit, atq; ſimul ſumptas denotat. Fortè qvis qværit, motus rationibus noſtris, dum aſſeveramus, hoc nomen perſonale Deoq; proprium, pluralitatem perſonarum ex propriisſimo & principalisſimo pluralis numeri ſignificatu denotare, illudqve gaudens veriſſima convenientia cum re ſc. tribus perſonis, omnes tres unius Deitatis perſonas collectim ſumptas comprehendere; Anne etiam tremendum illud SS. Trinitatis myſterium præcisè, determinatè & in ſpecie ex hoc nomine plurali probari poſſit? Verùm ut omnis occaſio contraria argumenta fovendi Adverſariis præcludatur, facilem addimus reſponſum, poſtpoſitâ exceptione Enjedini, qværentis, num plurale ſignificat tria? & Calixti, qvi exceptionem Enjedini ſuam facit, notante B. Hulſemanno in Dialyſ. p. 223. Proinde uti hoc non aſtruimus, ita nec intellectum volumus, (affirmando hoc nomen אלהים pluralitatem perſonarum inferre, & collectim tres diſtinctas perſonas denotare) אלהים ex vi & terminatione pluralis numeri tres Deitatis perſonas probare, nedum immediatè & primariò hoc tremendum S.S. Trinitatis myſterium. Aliàs ſi hoc eſſet, certiſſimo experientia unicuiq; eſſet documento, nos analogiæ Grammaticæ planè ignaros eſſe,

qvæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793

qvæ docet, nomen plurale non ternarium, ſed pluralem importare numerum. Hoc volumus, אלהים *κυρίως* nomen collectivum eſſe, & tres Deitatis perſonas ſimul ſumptas, non plures denotare, non ex efficaciâ & charactere pluralis numeri, ſed ex connexione attributorum perſonalium cum ſubjecto vi terminationis Grammaticæ capace plurium ſuppoſitorum, qvæ ad tria referuntur, ejusmodi ternarium numerum in aliis evidentioribus Scripturæ ſacræ dictis monſtrante Spiritu ſancto, vel (explicante B. Gerhardo,) *latere in hac voce myſterium Trinitatis pro diſpenſatione temporum ac modo patefactionis in V. T. uſitatæ, ad qvam in N. T. clarior lux acceſſit.* Hac pluralitate perſonarum beneficio ſacrarum Scripturarum ad ternarium numerum reſtrictâ, ultro patet, vocem Elohim tres perſonas inferre: Exinde tamen nullus conſeqventiæ Adverſariorum relictus eſt locus, qvòd vox iſta ſit ternarii numeri, aut primarium qvoddam ex voce iſta deſumendum ſit argumentum. Sufficit nobis, qvod pluralitas perſonarum voce iſta Deo tributâ inſinuetur, ad tres diſtinctas perſonas in Sacroſanctis monumentis à Spiritu ſancto relata.

VII. Huic noſtræ aſſertioni illuſtribus ſacrarum Scripturarum roboratæ teſtimoniis accedunt unamimia cùm Judæorum, tum veterum ſuffragia, qvi ex nomine אלהים & locutionibus de Deo uſurpatis veriſſimam pluralitatem perſonarum in Deitate deducere haud dubitarunt. Certiſſimum enim eſt, Judæos myſterium aliqvod agnoviſſe, qvando iſta in bereſchit Ketana dicitur: *Niſi ita ſcriptum eſſet* ברא אלהים, *nemini fas eſſet ita loqvi;* Sic qvando

qvæſtio à R. Semlai inſtituitur: *Qvod Elohim creavit mundum?* Qvid aliud, qvæſumus, hac qvæſtione inſinuatur, qvàm tres illæ S.S. perſonæ, qvæ hoc univerſum crearunt? Huc etiam alludit antiqviſſimorum Ebræorum nominis אלהים expoſitio per בית דין domum judicii, noſtram ſententiam haud obſurè approbantium: Cum uti in domo judicii plures ſint judicantes, ita & in Deitate plures perſonæ: Nam בית דין *domus judicii* (notante Galat.) *apud Judæos dicebatur, cum tres ad minus ſimul ſententiam aliqvam ferebant, qvæ etſi plurium eſſe poterat, non tamen pauciorum, dummodo impares numero ſemper eſſent.* Hinc Patres nativam & propriam pluralis numeri ſignificationem urgentes, axiomaq; illud immotum Ebræorum, *plurale Ebræis nunqvam de ſingulari individuo in prima perſona locutione propriâ prædicari*, obſervantes, ex vocibus pluralitatem perſonarum collegerunt, haud ignari, vim probandi illis ineſſe. Theodoretus qvæſt. 29. in Geneſ. *In univerſa*, inqvit, *Scriptura divina licet Deum ſingulari numero loqvi, raró autem pluraliter ſermonem format, niſi qvum innuit numerum perſonarum Trinitatis.* Illuſtre ac luculentum, qvòd Patres hiſce vocibus pluralibus pluralitatem perſonarum in divinis inſinuari agnoverint ac crediderint, nobis præbet Tertullianus teſtimonium, adverſus Praxeam c. XII. p. 500. ex Gen. I. & III. *Si te adhuc numerus ſcandalizat Trinitatis, qvaſi non connexæ in unitate ſimplici: Interrogo, qvomodo unicus & ſingularis pluraliter loqvitur*, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, *cum debuerit dixiſſe;* Faciam hominem ad imaginem & ſimilitudinem meam, *utpote unicus & ſingularis? Sed*

& in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793

& in ſeqventibus: Ecce Adam factus eſt; tanqvam unicus ex nobis: *Fallit aut ludit, ut eum unus & ſolus & ſingularis eſſet, numeroſè loqveretur: Aut numqvid Angelis loqvebatur, ut Judæi interpretantur, qvia nec ipſi Filium agnoſcunt: An qvia ipſe erat Pater, Filius & Spiritus S., ideo pluralem ſe præſtans, pluraliter ſibi loqvebatur? Imò qvia jam adhærebat illi Filius ſecunda perſona ſermo ipſius, & tertia Spiritus in ſermone, ideo pluraliter pronunciavit:* Faciamus, & noſtram & nobis. Cui per omnia conformis eſt Cyrillus Alexandrinus, Apoſtatæ Juliani glorioſiſſimus Triumphator in Interpr. Gen. I. 26. ad verba, Faciamus hominem: dicens. Ἀρ' οὐχὶ καταvοεῖται τις, ὡς αὐτὴ παρ' ἑαυτὴν ἡ ἁγία τε καὶ ὁμοούσιος τριὰς τοὺς περὶ τούτων λόγους ποιεῖται, οἷς οὐκ ἀκατάσκεπτον τὴν τοῦ ἀνθρώπου κατασκευήν· &c. hoc eſt: *Ecqvis hic non intelligit, qvomodo ipſa ſancta Trinitas hæc verba ad ſeipſam facit? Ex qvibus non obſcurum eſt, ſapientiſſimum Moſen voluiſſe demonſtrare, qvòd hominis opificium non absq; prævia deliberatione ſuſceptum ſit.*

VIII. Nec omnino tacenda eſt optimorum ac doctiſſimorum Interpretum authoritas, qvos nobis ὁμοψήφους magno numero citat B. Hulſemannus in dialyſ. apolog. probl. Calixtin. p. 314. Chytræi authoritatem primò urgeo, qvi in Comm. in Gen. I. 1. *Tres perſonæ*, inqvit, *Pater, Filius & Spiritus ſanctus initio ſignificatur voce plurali* אלהים. *Nam Ebræa verba perinde ſonant, ac ſi ita legas:* In principio creavit Dei cœlum & terram: *Nam infra plurali verbo* נעשה naaſe *& plurali affixo* נו faciamus hominem ad imaginem noſtram: *Et de Spiritu ſancto, qvi eſt tertia perſona divinitatis, diſertè dicitur:* Spiritus Dei ferebatur

ſuper

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793

ſuper aqvas. In eundem ſenſum interpretatus eſt Johannes Marbacchius h. m. *Authorem ponit* DEUM, *qvem ita deſcribit, ut in una ejus eſſentia plures perſonas eſſe denotet. Verbum enim ſingulare jungit cum plurali, inqviens: Bara Elohim, creavit Dii: Etſi autem Elohim in Scriptura judicibus qvoqve tribuatur, attamen ſemper additur verbum vel adjectivum pluralis numeri, qvod non fit, ubi de* DEO *ſermo eſt, ut planè mirabilis ſit Judæorum cœcitas, qvâ impediuntur, ne locutionem hanc Spiritus S. intelligant, & intelligentes ad S. Trinitatis & Unitatis fidem adſpirent.* Porro addit. *Loqvitur autem de ſe tanqvam de pluribus ad indicandum myſterium Trinitatis, qvod ne agnoſcere cogantur Judæi, ajunt alii,* DEUM *locutum eſſe ad Angelos: Alii ad terram ſermonem habuiſſe affirmant, ut illa corpus produceret, ipſe Spiritum crearet. Tanta illorum obſtinata malitia eſt, ut qvemvis alium in ſenſum Scripturæ ſacræ aperta teſtimonia detorqveant, qvàm illis fidem habeant. Nihil verò ab illis ſtultius, vel magis impium dici poſſet, qvod* DEO *Angelos, & ipſam terram, infimum elementum, æqviparant, & illum tam imbecillem & infirmum fingunt, ut aliorum conſilio & auxilio opus habeat.* Optimè verba ברא אלהים interpretatus eſt Nicolaus Selneccerus comm. in Gen. Sanè aurea ſunt verba præſentem materiam, cum qvà Grammatica, tum qvà Theologica haud parùm illuſtrantia: *Moſes*, inqvit, *ſtatim initio unitatem ſive eſſentiam unam divinitatis & tamen plures in ea perſonas ceu in volucro qvodam verborum oſtendit, inqviens, bara Elohim, creavit Dii: qvibus verbis manifeſtè Unitatem & pluralitatem ſive plures perſonas creatrices in una ſingulari eſſentia ſignificat.* Pergit. *Moſes ſtatim in principio utitur plurali voce, Elohim, ut*

tectè

rectè myſterium Trinitatis ſignificet. Si enim hoc myſterium Lectori monſtrare non voluiſſet, ſingularem numerum hujus vocis uſurpare potuiſſet, qvæ certè non eſt heteroclita, ſed numerum ſuum ſingularem habet Eloah. Ne autem qvis cogitet, multitudinem Deorum indicari, ſtatim addit verbum ſingulare, qvòd plures perſonas ad unitatem eſſentiæ contrahit. Hæc oratio per Grammaticas regulas excuſari non poteſt, nec in Ebræa lingva ejusmodi phraſis loqvendi uſitata adeò eſt, niſi cùm hoc myſterium ſignificetur. Declarat autem Moſes ſtatim hoc ipſum myſterium & tres perſonas in illa unâ divinâ eſſentiâ, creatrices omnium rerum nominat, inqviens: Spiritus Domini ferebatur ſuper aqvas: dixitq; Deus, &c. Hic Patrem, qvi eſt perſona dicens, & Filium, qvi eſt verbum ſeu λόγος, & Spiritum ſanctum nominat, ut paulò poſt in enarratione textus clariùs dicemus. En congruentiam interpretationis cum perpetuo conſentiente tenore Scripturæ, analogiam fidei Judæorum Patrumqve & magnorum Interpretum evidenter innuentem! Qvis nunc tanta animi malitiâ eſt, ut à commuui & recepta doctrina præcipuorum Doctorum diſcedat, & præcipuè in articulo religionis Chriſtianæ de objecto vero cultus, niſi idololatrico Spiritu ductus? Cæterùm uti hanc interpretationem analogiæ fidei congruentem probavit catena Patrum & doctisſimorum virorum, ita ſuos adjecere calculos haud pauci è Noſtratibus, veritatis propagandæ ſtudio adducti. Conf. B. Hunnius de S.S. Trinit. p. 90. Meiſnerus Philoſ. Sobr. part. 2. p. m. 375. Gerhardus Exeg. loc. 2. §. 52. & loc. 3. §. 114. ſeqq. Calovius in A. C. p. 408. § 140.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793

Syſtem. tom. II. c. II. qvæſt. 8. p. 167. tom. III. de pluralit. perſonarum pag. 10. 41. ſeqq. Havemannus Theognoſ. antiqviſſ. c. 1. 2. aliiq;.

IX. Qvid multis moror? Tanta veritatis efficacia eſt, ut adverſarios religionis noſtræ tum ex Pontificiis, tum ex Calvinianis nolentes-volentes ſecum trahat ducatq;, naturale ſciendi veritatem deſiderium ad eam revelatam, ulteriùs promovendam adeò excitans, ut potiùs ab horrenda Fratrum ſuorum opinione diſcedere, qvàm veritati deſtinatâ animi malitiâ reſiſtere velint. Lombardus lib. I. ſent. diſt. 2. uti venerandus ſententiarum Magiſter ab initio diſtinctionis ſecundæ docet, *verâ ac piâ fide tenendum eſſe, qvod Trinitas unus ſit & ſolus verus* DEUS, *deq; hac re ſumma & excellentiſſimâ cum modeſtia & timore agendum eſſe*, ita nec ſui oblitus, ſed rei veritate convictus, & nobis ὁμόψηφος, cùm pluralitatem perſonarum voce Elohim notatam eſſe p. 9. agnoſcit, dicens: *Qvòd ergo non eſt dictum hel, qvod eſt* DEUS, *ſed Elohim, qvod interpretari poteſt, Dii ſeu judices, ad pluralitatem perſonarum refertur*; tum ex Gen. I. 26. pluralitatem perſonarum & unitatem eſſentiæ confeſſus; aſſerens pag. 8. *Perſonarum qvoqve pluralitatem & naturæ unitatem ſimul oſtendit Dominus in Gen. I. dicens: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: Dicens enim* Faciamus & noſtram *pluralitatem perſonarum oſtendit: dicens enim*, imaginem, *unitatem eſſentiæ*. Hinc Svaretz. lib. 1. de myſt. Trinit. c. 2. p. 352. (puto) turpiſſimum ducens, aliam opinionem ſectari, qvàm ſententiarum Magiſtrum, haud abnuit; *Sed præterea*, inqvit, *hæc*

adduci

adduci poſſunt aliqva ex V. T., ex qvibus Patres ſolent hanc veritatem colligere, ut eſt principium Geneſeos, ubi fit mentio & DEI creantis & principii, in qvo creavit. In principio creavit DEUS: Addit. *In ſingulari ponitur verbum creavit, qvia omnes ſunt unus Deus.* *Ponderari etiam ſolet, qvòd paulò poſt ſubjungitur, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudiuem noſtram:* Ubi dicit: *Loqvuntur divinæ perſonæ inter ſe, qvia nullus artifex omnino ſolitarius, ita ſecum loqvitur.* Nec diſſentit Salmeron tom. I. proleg. X. c. 9. inqviens: *Neceſſariò cogimur fateri, hanc conſtructionem nominis pluralis cum verbo ſingularis numeri, nempe Elohim creavit, à DEO eſſe procuratam, ut ex ea colligeremus S.S. Trinitatis myſterium.* Cui per omnia ſimilis eſt Tannerus diſp. tom. I. p. 139. dicens: *Incredibile videtur, lingvam omnium ſimplicisſimam & maximè propriam plurali numero plerumq; DEUM fuiſſe expreſſuram, niſi qvædam in DEO perſonarum pluralitas eſſet.*

X. Huc etiam facit conſenſus Calvinianorum, qvi ultro fatentur, hoc nomen אלהים pluralitatem perſonarum denotare. Palmaria eorum teſtimonia huc transſcribere non piget. Qvid enim aliud per hoc inſinuet Calvinus in Gen. I. dum dicit: *Scriptura fatemur, tametſi multas DEI virtutes recenſet, ſemper tamen ad Patrem & verbum ejus & Spiritum nos revocat*, qvàm pluralitatem perſonarum nomine אלהים ſignificatarum; qvin ſummas & omnipotentes virtutes, Patrem, Filium & Spiritum ſanctum, Scripturâ ſecundum interpretationem ejus hoc demonſtrante. Nec abſurda eſt demonſtratio Franciſci Junii in LL. CC. th. c. 23.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793

de Trinitate, eſſentiam divinam non in una perſona, ſed in pluribus ſubſiſtere ex nominibus pluralis numeri אלהים & ארני aſſerentis: *Hæc numeri pluralitas in utraq; DEI appellatione pluralitatem perſonarum in unitate eſſentiæ dicitur denotare.* Hanc expoſitionem confirmat Polanus l. 3. Synt. Theol. c. 3., inſuper probans, eſſentiam divinam pluribus perſonis ſubſiſtere ex Gen. I. 1. *Ubi dicitur*, inqvit, בראשית ברא אלהים *bereſchit bara Elohim, in principio creavit Elohim, ſingulari verbo, creavit, eſſentiæ unitas, plurali vero nomine Elohim pluralitas perſonarum in una eſſentia ſignificatur, qvorum enim una & eadem numero eſt operatio, eorundem enim una & eadem numero eſt eſſentia.* Placet ejus argumenta de voce Elohim & plurale נעשה formata annotare:

De qvo enim nomen plurale Elohim propriè dicitur, in eo plures ſint perſonæ, qvàm una, neceſſe eſt: At de Jehova ſeu DEO creatore cœli & terræ nomen plurale propriè dicitur. Ergo in Jehova ſeu DEO creatore cœli & terræ plures ſint perſonæ, neceſſe eſt, qvàm una.

Et alibi de נעשה

Qvi in prima perſona plurali de ſe propriè loqvitur, in eo plures ſint perſonæ, neceſſe eſt: At DEUS in prima perſona de ſe propriè loqvitur.

Ergo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793

Ergo in DEO plures ſint perſonæ, neceſſe eſt.

Egregiè & optimè omnium hoc vocabulum interpretatus eſt Hieronymus Zanchius oper. tom. 3. part. 3. lit. 1. de creatione hominis, *Ego vero porro,* ait, *cauſam qværo, cur contra regulas generales certasqve eas ejus lingvæ, qvibus docetur: Nomina maſculina in* ים *terminantia pluralis eſſe numeri & multos ſignificare: Verbis enim activis pluralis numeri plures itidem perſonas agentes indicari: qværo, inqvam, cauſam, cur contra regulas ſemper excipiunt nomen Elohim, & verba pluralis numeri, cum de* DEO *prædicantur? Contra regulas generales nulla utiq; exceptio fieri debet, ut poteſt, ſine certa & neceſſaria aliqva cauſa. Qværo igitur hanc cauſam. Si nullam habent, iſtorum hominum audacia & temeritas fuſte digna eſt. Si habent, qværo, qvænam illa ſit? Et an juſta ſit, necne ſit cauſa? Si non eſt juſta, exceptio qvoqve injuſta nullaq; eſt: qvia nullo nititur fundamento. Eſt autem ratio eorum nulla.* Hæc ſunt luculentiſſima & manifeſtiſſima tam magnorum Patrum & doctiſſimorum interpretum, qvàm ſanioris mentis Adverſariorum teſtimonia, qvæ in medium proferenda exiſtimavimus, non propter defectum perſpicuitatis Sacroſanctorum monumentorum, ſed ad indicandam efficacem ac penetrantem veritatis vim, qvâ non ſolùm Patres orthodoxi optimiqve interpretes ducti, facilem noſtræ ſententiæ præbuerunt conſenſum, ſed etiam ipſimet Adverſarii convicti, dextram nobis porrexerunt. Hæc dicta de θεῷ.

ΑΡΣΕΩΣ.

XI.

PRobata hucusqve nativâ ac genuinâ plurali ſignificatione vocis אלהים, haud carentis ſingulari אלוה, ex vi ac efficacia pluralis numeri, nec non ſtabilita per adjectaneas voces pluralis numeri huic voci additas, ex limpidisſimis ſacrarum literarum fontibus deſumptas & deniqve teſtimoniis Judæorum Patrumqve & optimorum Interpretum ac ipſorummet Adverſariorum tacito conſenſu comprobata, ulterius progrediemur, objectiunculas Adverſariorum nunc pro viribus deciſuri. Præſuppoſitâ igitur noſtra ſententiâ ut verisſimâ, experti tamen, non deeſſe, qvi libidine ac pruritu veritati, etiamſi luce meridianâ clariori contradicendi ſeducti, vel potiùs figmentis humanis Sathanicisqve illuſionibus implicíti, dictà aliàs noſtram ſententiam illuſtrantia obſcurare & fœdisſimè contaminare acriter adnixi ſunt, non immeritò qværimus; qvis Ulyſſes non vidit Sirenes? Qvænam adeò clara eſt veritas, ut ſuos non habeat adverſarios? Qvippe qvi à recepta & verisſima ſententia deflectentes, Gen. I. 1. per nomen אלהים non ſolùm Deum creatorem cœli & terræ, ſed etiam Angelos ſignificari autumarunt, inſtantes inſuper, qvòd Deus in conſultatione illa divina, qvam pro theſi noſtra confirmanda allegavimus, ſermonem cum Angelis ſociarit, qvaſi homo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793

ad imaginem creaturarum eſſet conditus. Alii idiotiſmum lingvæ Ebraicæ fingunt, in ampliorem ſignificationem haud inqvirentes. Sunt, qvi hoc nomen ſummo honori divinæqve Dei majeſtati indigitandæ adhiberi perſvaſi ſunt, adeò ut hoc nomen pluralis numeri honoris cauſa de Deo ſaltem uſurpatum fuerit, ſicut Magnates de ſe in plurali loqvi ſolent. Nec deſunt, qvi hoc nomen non pluralitatem perſonarum, ſed virtutum, potentiarum & proprietatum in Deo importare ſtatuunt. Craſſiſſima tamen & reſponſione haud digna eſt antitheſis eorum, qvi vim textui impudenter inferentes, Deum potentias in homine & qvatuor elementa allocutum aſſerere haud dubitant. Hinc adverſarii has rationes præſupponentes, unicè id intendunt, ut noſtram ſententiam labefactare poſſint, pro eorum negativa aſſertione, qvòd hoc nomen nullam probationis habeat vim, & illatio noſtra ex hoc nomine minus ſolidioris argumenti ſit pro pluralitate perſonarum in divinis demonſtranda, tanqvam pro aris & focis certantes.

XII. Idiotiſmum lingvæ Ebraicæ fingit Benedictus Pererius Comment. in Gen. p. II., omnem aliam latentiorem cauſam omittens. Verba ejus ſunt: *Deinde diſcrepantia*, ait, *illa inter Elohim numeri pluralis & bara numeri ſingularis non habet myſterium, ſed idiotiſmum lingvæ Ebrææ, in qva freqventes ſunt ejusmodi diſcrepantiæ. Exempli cauſa: Iſ. 19. legitur.* Tradam Ægyptum in manum Domini crudelium; *Ebraicè* Dominorum duri ſeu fortis, *& Joſ. cap. ult. ſcriptum*

eſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793

eſt. Non poteritis ſervire Deo, Dominus enim ſanctus eſt. *Ebraicè legitur*, qvia Dii ſancti ipſe. Addit: *Ad hoc ſi Moſes hujusmodi locutione indicare voluiſſet myſterium Trinitatis, profectò admodum impropriè locutus eſſet: Non enim congruè dicitur de perſonis divinis, qvòd ſint Dii.* Verùm enimvero ſi Benedictus Pererius ſibi benedixiſſet, & ſe hoc *inſcienter*, (qvod de Cajetano negante nomen Elohim habere ſingulare, uſurpavit,) ſtatuiſſe dixiſſet, haud indignam meritus eſſet excuſationem. Proinde ducti veritatis cupiditate, illi haud erroris ſui inſcio jure meritoqve reſiſtimus. Conceſsô, idiotiſmum dari in hac phraſi bara Elohim, cum uti omnes lingvas peculiari affectione diſtingvi, ita etiam ſanctam qvis negaret, nunqvam tamen concedimus, eſſe ſubſiſtendum, in nudo & tantum tali hujus phraſeos idiotiſmo, qvi ibi ſaltem locum habet, ubi nulla alia ratio habetur. Sed uti variæ idiotiſmorum rationes ſubſint, qvæ nunc nudam conſvetudinem communis & promiſcui vulgi & ſummum honorem, nunc multitudinem potentiarum, nunc pluralitatem perſonarum propter fundamentum rei ſecundum Scripturæ teſtimonium inferunt, ita tertiam idiotiſmi rationem admittimus, anomaliæ confictæ veritatem & analogiam Grammaticam præponentes, rationibusqve, qvas antea produximus, permoti. Nam cum Scriptura nos doceat, unius eſſentiæ plures eſſe perſonas, & Spiritus ſanctus hoc nomen plurale de Deo ita uſurpet, ut pluralitatem qvandam in Deo inſinuet, & qvidem certisſimam, maximè incongruens, invita

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793

veritate, ad conqviſitum idiotiſmum vel enallagen numeri ſit refugium, ſed potiùs aperta ratio datur inſiſtendi in genuina ac naturali vi vocis, & ab illa nunqvam recedendi. Ad dicta, qvæ Pererius allegat, in conflictu reſpondebimus. Nec obſtat inſtantia ejus de verſione Elohim per Deos. Nam præſuppoſita diſtinctione inter nomen eſſentiale, qvod eſt Deus, & perſonale, qvod eſt Elohim, facilis erit reſponſio. Noſtra aſſertio haud eſt, nomen אלהים per Deos eſſe vertendum, ne lædatur ſimplicisſima Dei eſſentia, ſed in una illa indiviſa eſſentialia pluralitatem qvandam perſonarum ſecundum nativum ac propriiſſimum ſignificandi pluralem modum adeò involvere, ut multiplicatis perſonis, non multiplicetur ſimplicisſima illa eſſentia ſeu natura non propter imperfectionem ſeu indigentiam, ſed propter mirabilem fœcunditatem illius infinitæ naturæ.

XIII. Haud pauci, cùm Judæi, tum Judaizantes, poſtpoſitis Theologicis, aulicis & terrenis cogitationibus magis indulgentes, qvàm unanimi Patrum conſenſu acqvieſcentes, pluralem numerum ad indigitandum ſummum honorem divinamqve majeſtatem de Deo uſurpari, Deumqve interdum in plurali more Magnatum & Principum locutum eſſe aſtruunt: Ut ſapiens ille Aben Ezra in principio Geneſ. ad vocabulum Elohim: *Poſteaqvam*, inqvit, *invenimus Eloah, ſcimus, qvod Elohim ſit pluralis numeri, & radix hæc eſt, ex conſvetudine lingvæ. Nam unicuiq; lingvæ eſt conſvetudo honoris. Ut honorificum eſt in lingva Italica, ſi alloqvatur minor præſen-*

tem Magnatem numero plurali: Sic lingva Iſmaëlitica honorificum eſt, ut magnus velut, Rex loqvatur numero plurali. Pariter in lingva ſancta honorificum eſt loqvi de Magnate numero plurali, ut אדנים *&* בעלים. Eandem conſvetudinem urget R. Bechai in ejusd. cap. V. 26. inqviens: *Faciamus numero plurali, qvæ eſt conſvetudo lingvæ de Regibus & honoratioribus terræ, ut loqvatur unicus ex illis numero plurali, idqve excellentiæ & dignitatis cauſa. Ecce Laban erat unicus, & tamen dixit:* Et dabimus tibi etiam hanc: *Scriptum etiam eſt,* Fortaſſe prævalebo & percutiemus eum. *Præterea ſcriptum eſt;* Et interpretationem ejus (ſc. ſomnii) dicemus coram Rege: *Qvippe conſvetudo magnatum loqvi ſic.* Singulare Calixti novitatis ſtudium apparet ex ejus aſſertione in der Wiederlegung: Es haben die Ebräer drey Worte/ welche einen Herren andeuten/ und von ihnen in plurali geſetzet werden ad amplificandum dignitatem ejus, de qvo eſt ſermo, ob ſchon dieſelbige nur einen einigen betreffen; Dieſe drey Worte ſind/ Elohim, Adonim, Baalim, &c. Wie will man denn aus dem Wort Elohim wann es ebener maſſen geſetzet und conſtituiret wird/ ein ſolches hohes Geheimnüſſe erzwingen. Verba ſanè indigna ſunt orthodoxo Theologo. Poſitô, nomen Elohim & Adonim interdum de honoratioribus terræ ad amplificandam dignitatem in tralatitio ſignificatu uſurpari, illa nomina inde, qvando de Deo ſermo eſt, ſummam in Deo etiam denotare dignitatem, nihilq; præterea in proprio qvis adeò ſtolidus eſt, ut ſtatuat, rei veritate omniqve analogia Grammatica tali confictæ aſſertioni reluctante.

Sed

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793

Sed urgemus, (1.) genuinam ac nativam vocis Elohim, ſingulari haud deſtitutæ ſignificationem, (2.) adjectiva pluralia huic voci addita, qvæ ſanè nil aliud, qvàm pluralitatem perſonarum in divina eſſentia, ſingulari vocis acceptione nondum probatâ, important, regulâ Grammaticorum hoc docente, nomen adjectivum plurale ſubſtantivo plurali junctum ſemper obtinere pluralem ſignificationem, (3.) orationes de Deo pluraliter in prima perſona uſurpatas. Ut alias rationes qvampluri-mas ab orthodoxis viris prolatas ſilentio premamus, brevitati qvippe ſtudentes. Hinc B. Lutherus ſuam addit ἐπίκρισιν ad Gen. I. 26. *Hoc autem extremò*, ait, *ridiculum eſt, qvod Judæi dicunt* DEUM *ſeqvi Principum conſvetudinem, qvi reverentiæ cauſa de ſe in plurali loqvuntur. Sed hanc Spir. S. non imitatur, nec agnoſcit Scriptura hunc loqvendi modum, qvare eſt hic certè ſignificata Trinitas.* Notanter dixit B. Lutherus, *Scripturam S. hunc loqvendi modum non agnoſcere*: Nam uti veritati hoc conſentaneum eſt, ita ex omnibus dictis, qvæ pro negativa ſententia defendenda ab adverſa parte afferuntur, contrarium deducitur, Deum nedum Principem de ſe ut pluribus non locutum eſſe Ebræâ lingvâ, hac ut propriiſſima & ſimpliciſſima, ita proprietatem vocum accuratiſſimè obſervante.

XIV. Qvi nomen אלהים multitudinem potentiarum in Deo tantùm denotare, illudqve nominibus dominium inferentibus, & ἄυξησιν ſignificationis ſuæ admittentibus accenſeri contendunt, ex numero Ebræorum eſt R. Bechai. Ver-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793

ſio ejus eſt: *Elohim hoc eſt Dominus potentiarum omnium*. *Et ob hanc rem non dicit* (*Moſes*) *El neq; Eloah*, *ſed Elohim numero plurali* : *Et ſic Elohim ſancti ipſe* : *Nam ipſe complectitur omnes ſanctitates* ; *Sic etiam conſvetudo lingvæ eſt loqvi de dominio humilium* אדנים קָשֶׁה *in manum dominorum duri numero plurali*, *idq; propter amplitudinem excellentiæ dominii iſtius*, *& propter multas ſpecies Dominii*, *qvod habet ipſe*. *Si hoc de carne & ſangvine*, *qvantò magis de* D E O, *qvi eſt benedictus*, *cujus multiplicis dominii non eſt numerus*, *& à qvo ſolo*, *qvicunq; dominantur*, *dominium ſuum poſſident*, *qvi unus qvidem eſt*, *ſed potentiæ ejus plurimæ*. His non abſimilia habet Calvinus in Gen I, 1., aſſerens. *Nobis ſatis ſit*, *qvòd pluralis numerus* D E I *virtutes ſonet*, *qvas in creando mundo exeruit*. Et Mercerus ad vocem Elohim. *Plurale hoc* D E O *potiſſimùm tribui credo ad ejus omnes facultates & ampliſſimas vires exprimendas*, *qvibus ſe per omnia diffundit*, *& ſuam majeſtatem potentiamq; inexhauſtam & immenſam exerit*. Huic ſententiæ ſubſcripſit Buxtorffius Theſ. l. II. c. 10. præſcribendo nobis regulam qvandam de enallage numeri, *ut nomina dominii pluralia junguntur verbo ſingulari ad ſummam majeſtatem exprimendam*, *ſive ut Ebræi loqvuntur*, *ad indicandam pluralitatem virtutum & potentiarum in perſona dominante*; Inſuper eandem regulam hoc noſtro vocabulo ברא אלהים *creavit* D E U S defendere conatus, etiamſi invitâ veritate omniqve analogiâ Grammaticâ poſtpoſitâ & enallage, qvam hæc phraſis inprimis rejicit, confictâ. Sed hæc aſſertio Judæo digna è veritatis tramite qvàm aliena ſit, univerſæ rationes ſæpiùs iteratæ nobis adeò manifeſto ſunt docu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793

documento, ut haudqvaqvam concedendum ſit, nomen אלהים nominibus dominium inferentibus eſſe accenſendum, in ſua formali ſignificatione illud haud involvens, nedum intentionem aut remisſionem ſuæ ſignificationis honoris indigitandi gratia admittere, ſc. de Deo uſurpatum, ſed qvàm maximè urgendum, illud uti pluralis numeri eſſe, ita retentâ nativa ſua plurali ſignificatione, non pluralitatem virtutum aut potentiarum, ſed Deitatis perſonarum importare, convenientia nominis cum re hoc ſuadente. Unde præterea urgemus vocis אלהים numeri ſingularis (1.) veritatem, (2.) propriam ac genuinam indolem pluralis numeri, qvi ideò non inflectitur, ut unius ſuppoſiti potentiarum & virtutum multitudinem contra omnem rationem denotet, ſed pluralitatem ſuppoſitorum. (3.) addita pluralia adjectiva & pronomina, infallibiles notas pluralis ſignificationis, (4.) dicta per μερισμὸν enodata. (5.) analogiam rei cum nomine. His rationibus ducti, jure meritoqve Adverſariorum ſententiæ refragabimur, huic confictæ noſtram è S.S. monumentis corroboratam præferentes, niſi multas iſtas virtutes ad Patrem, Filium & Spir. S. cum Calvino revocent. Qvin conceſſo, plurale de ſingulari dominii indicandi cauſa in ſenſu tralatitio uſurpari, ſc. in nominibus dominium formaliter inferentibus, inde tamen hoc nomen de Deo ideo uſurpari, nunqvam evinci poteſt, cum à ſecundario vocis uſu ad primarium nulla valeat conſeqventia.

XV. Noſtrâ igitur ſententiâ argumentis firmisſimis è ſacris literis deſumptis corroborata, opinionibus

nibusqve Adverſariorum refutatis, hoc vocabulum אלהים ad inſinuandam pluralitatem perſonarum in Deitate, retentâ nativâ ſignificatione, aliqva probationis vi gaudere, qvis eſt, qvi negabit. Et ut omnibus & ſingulis via & occaſio deſcendendi in caſtra Adverſariorum contraria foventium, ut Bellarmini lib. 2. de Chriſto c. 6. *non ſolidum argumentum* hoc noſtrum vocantis, Calvini, *gloſſam violentam*, Merceri, ſvadentis, *ne nos illis* (ſcil. Judæis) *ridiculos præbeamus lingvæ eorum imperitia*, ſc. uſurpando hoc argumentum juxta cum reliqvis in probando hoc articulo; Sixtini Amama antib. Bibl. lib. 2. p. 175. *imbecille* ſtatuentis præcludatur, nativam ac genuinam pluralis numeri Elohim ſignificationem attributaqve illi addita opponimus, indubitatò perſvaſi, à nativa illa ſignificatione recedere ne ulla qvidem rei abſurditate nos cogi, ſed illi qvàm maximè inſiſtendum, ut, analogia imprimis nominis cum re datâ, inde pluralitas perſonarum in Deitate probetur, juxta illam regulam, omne nomen plurale è ſuo ſingulari inflexum inferre pluralitatem ſuppoſitorum ſc. in rebus per ſe ſubſiſtentibus & intelligentibus. Hinc poſito nomine Elohim, ponitur res nomine notata, ſcil. DEUS, qvi eſt unus in eſſentia & Trinus in perſonis: Cui ſit honor, gloria magna, Decus.

Exi-

Eximio

DNO JESSENIO,

Amico dilecto publicè de Nomine Elohim Diſputaturo.

ELoah *nomen verè mirabile Numen*
Exprimit, egregiè myſtica multa refert.
Diſſeris hæc doctè, JESSENI: præmia digna
Eloah *reddet* Trinus & unus *item*.
Hunc venerére piè: Divina volumina tractans,
Sit curæ jugi lingva ſacrata tibi.
Si SOPHIÆ ſtudium ſobriè conjungere perges,
Egregio publico commoda multa feres.

Abraham Calovius, D. P.P.
primarius, Elect. Saxon.
Superint. General.

DUm ſacrô fervore mentis ſedulæ Jeſſenius
Penſat Eloah ſacratum Nominis myſterium,
Nomini ſuo rependit Numen illud præmium:
Scilicet profana Sacris qvandò perget jungere,
Hoc ſibi de Cive perget gratulari Patria.

Johannes Meisnerus, D.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793

Ardua ſcrutaris Jova myſteria, Jovam
Scrutari, Jovâ nonniſi dante, potes:
Qvando tuas igitur nunc partes Jova tuetur,
In Jovæ laudes omne tuum exit opus.

Præ-Eximio & Eruditisſimo
DN. JESSENIO ita
gratulatur
Ægidius Strauch / *D.*
Colleg. Theol. Aſſeſſor P. P.

Scandis Theiologum magna cum Laude Cathedras,
JESSENI, amicitiæ portio magna meæ.
Applaudunt omnes: ego gratulor: ipſe Jehova,
Qvem qværis, qvondam mille brabea dabit.

Suo in ſacra Philologia conſecraneo exoptatisſimo f.

A. Pfeiffer / *Lingg. Orient.*
Prof. P. Extraord.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 00793 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 4° 793